

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XLIX. Jurisdictio Episcopi non extenditur ad Academia Pontificiâ  
auctoritate erectas, & illius inhibitiones possunt impunè sperni in  
functionibus ejusdem Academiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## DECISIO XLIX.

Jurisdictio Episcopi non extenditur ad Academias  
Pontificâ vel Regiâ auctoritate erectas, & illas  
inhibitiones possunt impunè sperni in functionibus ejusdem Academiarum.

R. P. D. BICHIO.

Cracovien. juris Respondendi.

*Decisio 109.  
par. II. seq.  
cense.*

Luna 23. Januarii 1655.

## SUMMARIUM.

- 1 Nullitas deducitur ex defectu citationis.
- 2 Episcopus nullam habet jurisdictionem in Academias publicas Pontificis, vel Regiâ auctoritate erectis, & num. seq. ubi limit.
- 3 Academia publica dicatur, qua fuit erecta auctoritate Pontificis, vel Regis &c. supra num. 2.
- 4 Privilegium non extenditur ad materiam ab illo longè diversam.
- 5 Verbum omnimoda excludit alterius personae concursum.
- 6 Observantia defervit pro interpretatione pleniorum, ac habet vim tituli legiēmē constituti.
- 7 Observantia parit prescriptionum. Prescription quadragenaria sufficiat iurisdictionibus num. 7. &c.
- 8 Prescriptio contra Episcopum sufficiat quadragenaria.
- 9 Prohibitus disputandi de fide Litanianum comprehendit, & diruaria istius prohibitionis, vidi san. seq.
- 10 Inhibitio presumitur posterior ad effectum substituendi alium, quamcum eadem die fuerit presentata.
- 11 Inhibitio non habentis jurisdictionem nihil operatur.
- 12 Inhibitio in certo easu non habent.

bens, inhibere quoad illum minimè potest, num. 12.  
13 Inhibitio non habentis jurisdictionem non potest impunè contemni.

14 Excommunicari non potest contraveniens inhibitioni emanata à carente jurisdictione.

**D**icas protulit sententias Reverendissimus Episcopus Cracoviæ per applicationem ad hoc sacrum Tribunal devolutas, alteram contra Stanislauum Jurhovskii, in quâ ejus promotio, seu admisso ad responden, quatinus propositis pro obtinendo loco inter sacra Theologia Doctores nulla declaratur, alteram excommunicationis contra Gabrielem Ochocki in Academia Cracoviæ. Medicinæ Professorem ob contraventionem inhibitionis ab eodem Episcopo emanata; quarum hodie particuli cognitione assumpta, utramque infundandam esse ex capite nullitatis, & injustitiae responsum fuit.  
Nullitatis ob defectum tum citationis, qua contra Stanislauum tunc Romæ commorantem, sive ejus legitimum Procuratorem executa non probatur, ut necessest. Clem. Pastoralis de re Indic. Clem. sapientiæ gloss. verb. ad id. de verb. signific. Cavaler. decisi. 376. numer. 1. Tum jurisdictionis, quia Episcopus in fundationibus Academicis, ac rebus ad Academiam publicam hoc est Pontificiæ, seu Regiæ auctoritate erectam. Cassen. in Catal. glor. mund. part. 10. confid. 32. Perez. lib. 1. Ordin. lib. 1. tit. 10. Barbos. de potestate Episcop. alleg. 56. num. 22. Qualis est insignis Academia Cracoviensis, spectantibus prorsus caret, nisi ex privilegio, conuentudine, vel alio jure eam sibi competere proberet, ut post. Goffred. tit. de Magistr. numero 1. notat. Card. Zabarelli. in Clem. cum si num. 8. cod. titulo. 89 in cap. Verum num. 3. de foro competen. Imol. in a. Clem. 2. num. 11. Vitelin. in Clem. 1. num. 59. cod. titulo facit Barbos. in Collect. Concil. Trid. sess. 25. dereformat. cap. 2. num. 4.

Neque competere potest Episcopo tanquam Academia Cancellario vigore statutorum, sive ordinationis Alberti Sedis Apostolicæ delegati, & confirmationis Urbani V. quia ibi tribuitur solum potestas Episcopo gratificandi in causis beneficialibus cum parte majori, vel duabus Rectoris, ac trium Decanorum, quando hi suiscent inter se discordes, aut examinandi Scholares ad Doctoratum in Civitate Cracoviæ promovendos, & quatenus idonei reperti fuerint, Doctoratus honorem illis concedendi, in quo casu nos non versamur, quia Stanislaus longè ante Doctoratus lauream in Alma Urbe Roma assecutus fuerat; sed igitur de illius admissione ad respondendum pro loco inter Doctores Academæ, sic de re longè diversa, ad quam propterea privilegium hujusmodi Episcopo concessum extendi non debet. L. ius singulare, ff. de legibus. Alex.

17

## Additiones &amp; Decisiones ad Tractatum

in L. Scriniario num. 2. in fin. Cod. de milst. Testament. Calderin. in termini privil.  
gii Doctorandi consil. t. num. 2. uers. præterea de privil. Decian. cons. s1. num. 13. s1.

Buratt. dec. 19. num. 5.

Eò minus, quia ex eisdem statutis, & ordinationibus, regimur, & omnino  
da ordinatio Universitatis in omnibus, quæ fuerint expedienda, conceditur.  
Etorum cum tribus Decanis Facultatum Theologicæ, Juris Canonici, & Antiqui-  
tum, ponderando verbum, omnimoda, quod excludit alterius personæ conci-  
sum gloss. in Clem. 1. verb. omnimodo de fori compet. Soccin. cons. 43. numer. 11.  
lib. 4. Rot. dec. 296. numer. 1. part. 1. divers. decis. 132. numer. 6. coram. bon. non.  
Buratt. & in Montis alti Beneficio 15. December 1645. s. sed vero coram.

Prout etiam declaravit observantia ex admissionibus ad respondentium fide-  
lio bis centum ferè annorum plures, ac plures lecitus de consensu foliis. R.  
etoris, ac Professorum, ipso quoque Episcopo sciente, quæ observantia nebo  
inservit pro interpretatione, quatenus opus sit, statutorum, ac ordinationis, id  
ultrò vim habet tituli legitimè constituti. L. hoc tunc §. ductus aqua, ubi glos. Ali-  
ginal. ff. de aq. quotid. & ast. Mart. de jurisdictione, part. 2. cap. 43. num. 56. Deci-  
s. 874. numero 7. dec. 938. num. 8. & peperit præscriptionem, quæ in judi-  
cialibus solo quadragenario cursu completerat. Mattheien. in leg. Hispan. 10.  
tit. 10. L. 1. glos. 19. num. 2. & 4. Gauier. practicar. quæst. lib. 3. quæst. 62. numer.  
11. & lib. 4. quæst. 35. num. 15. Covar. in reg. professor. 2. par. §. 4. num. 5. And  
de exequendo mand. par. 2. cap. 4. numer. 20. Castell. de Terr. Reg. C. 30. numer.  
712. num. 2.

Injustitiae pariter vitio labor. at sententiae, quæ actus responsionis, five-  
cæ disputationis ab Episcopo prohiberi non potuit Stanislao, nedum Clerico, sed  
Sacerdoti in Collegata Ecclesia Sancti Floriani Canonico, & per aliquos annos  
ante in eadem Academia Theologice Professori, cum prohibito publicas, ve-  
ratas disputationes de fide Catholica habendi, relata in cap. 2. §. inhibuerunt du huc.  
9 in 6. Laicos tantum comprehendat, ut notat ibidem Barbos. numero 14. in fin. A-  
zor. instit. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 26. quæst. 1. Sanchez. in precep. Decal. lib. 1. cap.  
6. num. 6. nec trahatur ad disputationes materiales, quæ videlicet non fuerint huius  
10 dei veritatem persuadendam, sed inter Christifideles, exercitii gratia, vel ingenii  
acuminis ostendandi. Navarr. in Manual. cap. 11. numer. 27. vers. quinto peccat.  
Sanct. dicto lib. 2. cap. 6. num. 9. Castropol. oper. moral. tom. 1. tract. 4. disput. 2. punt.  
4. num. 5. cum allegatis à modern. Vianensis in precep. Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 8.  
num. 1. & seq.

Non obstat inhibitus Episcopi, ne quispiam ad respondentium admittenter,  
11 quia non probatur presentata Stanislao anteactum responsionis, ad quem susci-  
tendum

endum presumunt posteriora, quamvis eadē die præsentata fuisset. Achill.  
dec. 37. de appellat. Scraph. decis. 315. numero 1. Rot. in recent. decis. 487. numero  
2. part. 2. decis. 467. num. 2. par. 3. Cumque inhibitiō sit evidenter nulla ex de-  
fēctu jurisdictionis, quā sicuti Episcopus caret in admittendo Doctores ad re-  
spondendum, caret consecutivē in inhibendo ne admittantur. Surd. Consil. 424.  
numero 46. post Boer. cons. 85. numero 20. vers. ergo lib. 2. quens sequitur Lan-  
cet. de attent. par. 2. cap. 20. numero 29. potuit impunē contemni. Surd. dictio  
13  
consil. 424. numero 44. Gras. discept. 17. sub numero 3. Rot. in Romana pecunia-  
ria coram Plato impress. apud Marchet. decommiss. par. 3. fol. 43. num. 1. & 2.  
Ideoque neque contra Gabrielem Ochocki ex capite contraventionis ejus-  
dem inhibitionis ferri debuit excommunicationis sententia, ut respondit Roe.  
inter recent. decis. 318. numero 1. part. 1. decis. 625. numero 4. part. 4. & in aliis  
relatis a modern. Perus. de manu. obseru. 103. numero 23. & superrimē in Bar-  
chonien. jurisdictionis. 5. Iulij 1649. §. sumetiam coramme.

Et ita decimum informante solum Stanislaō, parte adversa citata per con-  
tradicatas.

## Ad QUÆST. XXX. Additio.

Familiares exemptorum ita demum exemptos esse, si perpetui sint, tenuit ori-  
ginaliter. Archidiac. in cap. 2. II. quæst. 1. & in C. Ecclesiast. servos. 12.  
quæst. 2. & cum sequitur Abb. in cap. nullus, numero 6. & ibi Felin. numero 7.  
de fisco compet. & hinc sententiam communem dicit Capic. decis. 12. num. 2. in si-  
ne & Clavis in praxi crim. quæst. 35. vers. quarto nūnquid; Speciale tamen est in fa-  
milia Episcopi. per text. in cap. fin. §. petit. de offic. Archid. Ubi quamvis Archie-  
diaconus aliquique Praelati inferiores de conuentudine obtinuerint, ut Diocesani  
aliquius loci prius convenientur coram ipsis, quam coram Officiali Archiepisco-  
pi, nihilominus familiares Episcopi excipiuntur. Item speciale est in casu, quo  
exemptus non possit commodè uti suo privilegio, nisi simul includeretur famu-  
lus, tunc enim comprehenditur etiam temporalis minister mercede conductus.  
Felin. in d. cap. nullus, num. 2. de fisco conpet. Fagnan. ibidem num. 22. in fin. Me-  
nub. de arbitrar. caſo. 562. num. II.

De Familiaribus Papæ dubium esse non potest, præcipue cùm ipsum Concil.  
Trident. etiam Familiaribus Cardinalium præserves suas exemptiones, præter-  
quam ratione beneficiorum, qua alibi obtinet. Cap. II. sess. 24. de reformat. ne-  
cessaria tamen sunt duo adhuc, ut quis verus familiaris dicatur, videlicet ut  
actuali

Gg